Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

ut hec euenuant, At ille tremens ait, Iudius tertius cū pre-
dicares.' audiui te dicentem.' qd omis adulteri ñ haberent par-
tem in regno di tui, Regressus uero ad domū uidi uxorem
meam mechari cū uiro altero.' & statim adprehensam iugula-
ui eam, ecce enim iacet mortua, Apls aūt iussit exhiberi a
quā in hydriam.' & abluens manus adolescentis.' sanauit eum
dicens, Ostende michi ubi recumbit mortua uxor tua.' &
uidens eam apls prostratus in oratione ait, Dñe ihu xpe qui
ore benigno pollicēri dignatus es. ut omnia quecūq; peterem
ate benigna pietate largireris.' tu suscita hanc mortuā ut
ista uiuente' multi credentes resuscitentur ad uitam perpetuam,
Et apprehensa manu mulieris.' suscitauit eam, At illa uidens apln'
procidit ad pedes eius' grias agens deo, Quod uidens ppls credidit,
& baptizabantur multi ab apto.' offerentes ei munera que sta-
tim indigentibus erogabantur, Hac fama procedente proui-
tates.' conueniebat omis ppls exhibens infirmos & ponens
pplateas. unde scs apls transiturus erat, Quos cū uideret
cunctos in nomine dni nri ihu xpi imponens signum be-
ate crucis sanabat, Audiens aūt hec quidam princeps mes-
dei regis.' uenit ad eum dicens, In ueritate cōperi uerum
medicum ee qui cū languores omniū cures. nichil mer-
cedis accipis, Et nunc sunt michi uxor & filia.' que cum
de nuptiis uenirent' a demonio correpte graiuter crucian-
tur, Rogo igitur ut accedas & benedicas eis.' confido enim qd
possis saluare illas in nomine di tui, Beatus u apls condo-
lens homini ait, Si credideris.' sanabitur filia coniuxq; tua,
Qui ille.' si inquit ñ credidissem. ñ utiq; uenissem ad te,
Tunc scs apls uocauit diaconem suū.' illū qui rex fuerat
ciuitatis pme indie ubi apls fuit ad nuptias iniuratus
& ait ad eum, Vade & cōuoca omis credentes ad me, Qui cū
uenissent.' ait, Ecce ego abscedo a uobis.' uos aūt fortes state
in fide.' & custodite que a me accepistis, Diligite dnm ihm
xpm pque renati estis in baptismo, Diaconem u istum
relinquo uobis.' uos aūt ñ uidebitis ultra faciem meam, Et